

COMMENTARIUS
THEOLOGICVS ET IVRIDICVS
IN TITVLVM IVRIS
canonici de Vfuris per quæstiones
& conclusiones
resolutorius.

AUCTORE
PETRO BINSFELDIO
Suffraganeo Trevirensi Doctore Theologo.

PSAL. XIII.


Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis
requiescet in monte sancto tuo: &c.
Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam
suam non dedit ad vsuram, & munera super
innocentem non accepit.



AVGVSTAE TREVIRORVM.
Excudebat Henricus Bock, Anno

M. D. XCIII.

Cum Gratia & Privilegio Archiepiscopali.



Coll. Soc. I. R. S. V. Salen. ex dono R. Eggen



EPISTOLA DEDICA-
TORIA.

REVEREN-
DISSIMO DOMINO


OCTAVIO, EPISCOPO TRI-
CARICENSI, SANCTISSIMI DOMINI
nostri Clementis VIII. & sanctæ sedis
Apostolicæ in tractu Rhenano. Inferio-
risq; Germaniæ & Belgarum prouincijs,
Ciuitatibus, & locis omnibus, Nuncio
cum potestate Legati de latere. Petrus
Suffraganeus Treuirensis salutem
& perpetuam fœlicitatem à
Deo precatur.



QVANTA sit vsura-
rum iniquitas, Re-
uerendissime Domi-
ne, quæ hisce infœ-
licissimis tempori-
bus dominante cu-
piditate omnium malorum radice
vbiq; locorum ita inualuit, quod
multi alijs laboribus & honestis ne-
gocijs prætermisissis, quasi licitè vsu-
ras exercent, vt verbis Canonis

(*) 2

vtar;



COMMEN-
TARIUS IN TOTVM
TITVLVM IVRIS CA-
NONICI DE VSVRIS.



COLLECTVRVS & æditurvs
in lucem commentarium in
titulum iuris canonici de V-
suris antiquorum Doctorum
more quædam in Rubricam
præmittenda duxi, quæ erunt quasi præ-
cognita ad introductionem sequentium,
quæ in tota Vsurarum materia explicabun-
tur: distinguentur autem ad clariorem fa-
cilioremq; methodum per notabilia.

Primum notabile continens continuationem:
Quoniam usuram recipiens rapinam &
quodammodo furtum committit iuxta il-
lud B. Ambrosij in lib. de bono mortis re-
latum a Gratiano 14. q. 4. cap. Si quis usuram
accipit, rapinam facit: vita non vivit: Et usu-
rarium lucrum ita restitutioni subiacet, sicut
res rapina & furto sublata c. Cú tu, inf. eo.

A

tit.